



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

203. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quid sit à Presbyteris prædicandum.

**C C I I.** Primò omnium prædicandum est omnibus generaliter ut credant Patrem & Filium & Spiritum sanctum unum Deum esse omnipotentem, qui omnia fecit, & unam esse deitatem & substantiam & majestatem in tribus personis Patris, Filii, & Spiritus sancti.

Item prædicandum est quomodo filius Dei incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virginе pro salute humani generis, passus, sepultus, tertia die resurrexit, & cœlum ascendit, in fine mundi veniens judicare omnes homines secundūm opera propria; quo modo impij cum diabolo in ignem æternum mittentur, justi cum Christo in vitam æternam erunt.

Item prædicandum est quod omnes homines in propria carne resurgent.

Item prædicandum est pro quibus crimibus cum diabolo deponuntur, quae Apostolus enumerat, fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum servitus, beneficia, &c. Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Et ideo hæc cum omni studio prohibeantur.

Item prædicandum est de dilectione Dei & proximi, de fide & spe in Deo, de humilitate, patientia, castitate, benignitate, misericordia, de eleemosynis, de confessione, ut fratribus ex corde remittatur. Qui hæc & his familia agunt, regnum Dei consequentur.

De eadem re. *Ex eodem lib. 1.*

*cap. CLIV.*

**C C III.** Ut unusquisque Presbyter capi-

G ijj

Lib. 1. Capitular. c. 82.  
Burchard. lib. 2. c. 59.

Burchard. lib.  
2. c. 60.

Burchard. lib.  
2. c. 61.

Burchard. lib.  
2. c. 65.

Lib. 1. Capitular. c. 160.

Vvalter. Au-  
rel c. 7.  
Burchard. lib.  
19. c. 99.

tula habeat de majoribus vel minoribus vitiis,  
per quæ cognoscere valeat vel prædicare sub-  
ditis ut caveant ab insidiis diaboli.

De eadem re. *Ex eodem, cap. CLIX.*

Lib. I. Capi-  
tular. c. 165.  
Burchard. lib.  
2. c. 72.

C C I V . Ut sacerdotes admoneant popu-  
lum ut eleemosynam dent & orationem fa-  
ciant pro diversis plagis quas assiduè pro pec-  
catis nostris patimur. [ *Vide suprà cap. 190.*  
*bujus libri.* ]

De eadem re. *Ex cap. CLX.*

Lib. I. Capi-  
tular. c. 166.

C C V . Ut ipsi sacerdotes , unusquisque se-  
cundùm ordinem suum , prædicare & docere  
studeant plebem sibi commissam.

Admonitio ad Episcopos. *Ex lib. I I .*  
*cap. V.*

Lib. I. Capi-  
tular. c. 5.

C C V I . De sacerdotibus ad vestram cu-  
rām pertinentibus magnum adhibete studium  
ut qualiter vivere debeant , & quomodo po-  
pulis ad suam portionis curām pertinentibus  
exemplo & verbo profint , à vobis magna cu-  
ra edoceantur , admoneantur , & ut id facere  
studeant , vestra auctoritate constringantur.

Ut quisque Presbyter qui Ecclesiam tenet,  
Clericum habeat. *Ex Concilio*  
*Nannenf.*

Burchard. lib.  
2. c. 56.  
Capitulare  
Theodulsi  
c. 20.

C C V I I . Unusquisque Presbyter qui ple-  
bem regit , Clericum habeat qui cantet , & epi-  
stolam & lectionem legat , & qui possit scolam  
tenere ; & admoneat suos parrœchianos ut fi-  
lios suos ad psalterium discendum mittant ad